



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Juramentum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

dendas, dicit quod indulgentia tempora-  
neata debet dari cum hac clausula, ut  
sint contriti, & habeant propositum  
confitendi debito tempore. Saltem &  
hoc rationabiliter: nam nemo lucratur  
Indulgentiarum fructum, nisi in chari-  
tate, patet apud omnes Scribentes, sed in  
charitate non potest quis esse, nisi eum  
peniteat suorum peccaminum, & hoc  
non potest esse sine contritione, Soto 4.  
*Sent. distin. 2. q. 2. art. 3.*

Ad septimum, Pius V. sua Bulla reyo-  
cavit omnes Indulgentias etiam perpe-  
tuas, pro quibus consequendis manus  
ad iurices sunt porrigidæ, aut qua-  
stuandi facultatem continent, Conc.  
Provinc. Benevent. de *Indul. capit. 1.*

Ad octayum, non possunt concedi  
Ecclesiæ, nec Altari nondum constru-  
cto, seu ædificato, c. ad *audientiam, de Ec-*  
*clesiæ adi. in 2. responso, & ibi gl. in ver.*  
*non possumus, facit quod notat. Abb. in o.*  
*nos quidem, num. 2. de testam. quod dona-*  
*tio non potest fieri loco non ædificato,*  
*sed distinguendum cum eodem Panor.*  
*in dicto cap. ad *audientiam, num. 3.* quod*  
*destructo loco, cui concessa est Indul-*  
*gentia, revocatur Indulgentia, Navar.*  
*loc. cit. notab. 31. nu. 26.*

Ad nonum, vide *Sylvest. loco cit. num.*  
18. §. 6. & Soto *loc. cit. quest. 2. art. se-*  
*condo.*

Ad decimum, vide eund. Sotum *loc.*  
*cit. quest. 2. art. 3. col. 4.* & ratio ipsius est,  
quia satis est, quod ille sit in gratia eo  
die, quo terminatur Jubilæum, seu in-  
dulgentia, licet Navar. videatur contra-  
riæ opinionis, *loc. cit. notab. 19. num. 6.* &  
*infra, licet nu. 19. vers. . . .* videatur sentire  
nobiscum.

Ad undecimum negativè responde-  
tur, c. quod autem, & ibi gl. in ver. ut pro-  
fint, & Innoc. & Ioan. Andr. de pœn., &  
remiss. Syl. loc. cit. §. 6. n. 23. Angel. eodem  
ver. finali. Abb. in cap. cum ex eo. nu. 6. de  
pœn. & remiss. quamvis consulendum  
esset eidem, ne propter hoc in hac vita ab  
operibus pœnitentiae desistat, eò vel maxi-  
mè, quando pœnitentia daretur non  
solum propter præteritorum satisfac-  
tionem peccatorum, sed in remedium fu-  
tutorum, D. Thom. in addit. 3. p. q. 25.  
art. 1. ad 2. idem Navar. notab. 31. nu.  
39. & 43.

### INGRATITUDO.

In gratitudo parit exhaerationem, &  
facit redire peccata præterita (præter  
alia) de primo vide gl. in capitulo *Quinta*  
*vallis, in ver. exhaereditate, de jure sur. la-*  
*son in Auth. non licet, C. de liber. pret.*  
*Mars. sing. 78. & per extensum. Covat. in*  
*cap. Raynutus, à nu. 7. & infra, de testam.*  
*Sylv. in versi. hereditas. §. 1. & 2. vide*  
*Theol. in quarto *Sent. dist. 2. 2.* & ibi Magis-  
trum,*

### JURAMENTUM.

Primo, juramentum suppletorium,  
quamvis non petum in prima in-  
stantia, potest tamen peti in causa appelle-  
tationis, & sic in 2. & 4. instantia, sed non  
post conclusionem, etiam ad instantiam  
petentis, Capyc. deo. 35. nu. 2. & 4.

Secundo, quos conditiones requi-  
rantur, quando dari debet juramentum  
suppletorium, vide Maran. 6. par. art. 9.  
a num.

a num. i. usque ad ii. Gom. tract. de neglig. casu 130. & in cap. si. de jurejur. & quibus easibus non sit præstandum dictum juramentum, vide Afflct. decis. 36. ubi numerat quindecim casus.

Tertio, juramento damnū passi creditur habentis animalia, quæ damnum fecere in manu, vel unum testem sine animalibus, Capyc. decis. 45. num. 4. & ibi Abb. de injur. & de dato.

Quarto, juramento, an juvetur læsio ultra dimidiā justi pretij, vel multum excessiva. vide Capyc. dec. 159. num. 14.

Quintò, juramentum quot sint species, vide Novell. de jure protom. i. §. quarevis, a num. 1:3.

Sexto, juramentum fidelitatis non tenentur clerici præstare domino terra, ubi habitant, nisi pro feudalibus, ad quod tenentur Episcopi etiam Iser. in cap. de for. fidelit. num. 6. de usib. feud.

Septimò, juramentum non est dannum reo de veritate dicenda, nisi præcedant indicia, vel infamia, vel semiplena probatio, quia probabile est, enim pejorare, timenter plus tormenta quam perjurium. Navar. in cap. inter verba, num. 746. quicquid dicat Clar. quast. 45. ver. sed quero, nec excusat consuetudo in contrarium, cum sit contra jus naturale; & divinum, uix illud, Corripe, Matth. c. 18.

Octavo, juramentum suppletorium non datur in criminalibus, & licet detur, nihil tamen prodest. Clar. quast. 36. in princip.

Nonò, juramentum de non petendo relaxationem à juramento, non tenet, cap. Archidi aconus. 85. dist. Nav. conf. i. m. Eccles. benef. sine diminut. confer.

Decimò, statutum juramento personæ propriæ, quando agitur de iis, quæ ad propriam conscientiam spectant: ut si quibus sèpius protestatus fuerit, se nolle profiteri Religionem, vel quid simile: Navat. confil. 42. n. 7. de Regul.

Undecimò, juramentum calumniae, an excusat ab expensis, vide Iason. in l. properandum, §. sin autem altera yra, nn. 27. versie. nunc verio, de judic.

Duodecimò, juramentum calumniae debet præstari ab auctore primo, & postea à reo, & etiam post conclusum in causis summariorum: sed in plenariis non nisi ex officio Iudicis, & non ad instantiam partis, Gemin. in cap. i. de jura. cal. libro 6. & in cap. præsentium, notab. 2. de testib.

Tertiodecemò queritur, per quam formam juretur de calumuia? Respondeatur ex Gemin. in cap. præsentium, ver. sed quæ erit forma, de test. lib. 6. ex Innoc. in hæc verba: Iuro quod veritatem dico, & si juratur per procuratorem, dicitur, Iuramus quod veritatem dicimus.

Quartodecemò queritur, an in juramento requiratur tacitus Scripturæ? Respondeatur, quod sic, imò corporalis tacitus, alias non sufficit, ita Gemin. in cap. is qui, notab. 2. de elect. libro 6. & citat gl. in cap. ut circa, eod tit. & in lib. & in Clem. i. de heret.

Decimoquinto, quando debet præstari hoc juramentum? Respondeatur, statim post litis contestationem, Gemin. pco cit. per cap. i. de jura. cal. lib. 6.

### IGNORANS, SEU IDIOTA, SIVE RUSTICUS.

Primò, ignorant, se uidotæ, sive rusticæ.

Nn

stico